Commentarius

AD TRES LI-BRI SECVNDI INSTITV-TIONVM IVSTINIANI

titulos

I.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

II.

DE TESTAMENTO MILITARI.

III.

DE IIS, QVIBVS NON EST PERMIS-ſum Teſtamentum facere,

Pertinens,

IN QVO TITVLI ILLI DILI-GENTER EXPONVNTVR: RATIONI-bus decidendi, dubitandi, ampliandi, & limitandi paſſim illuſtrantur: quæſtiunculæ neq; paucæ, neq; inutiles vbiq; intermiſtæ excutiuntur: Singula deniq; accuratè limantur,

Scriptus à

Wolffgango Gruningio I.V.D. & facultatis Iuridicæ in antiquiſſima Germaniæ Academia Erphordiana profeſſore, &c.

LIPSIÆ,

Apud Iacobum Apelium Bibliop.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS ET DOCTISSIMIS VIRIS

D. IOHANNI IAGEMANNO D. IN HARDEYSEN ET GÖTTINGEN, I.V.D. Illuſtriſſimi D. Heinrici Iulij Ducis Brunſwizenſis ac Lunæburgenſis, Cancellario.

Itemq́;

D. VVILHELMO FACHÆO, I.V.D. REIPVBLICÆ Erphordienſis Senatori & Facultatis juridicæ in Academia Erphordiana ſeniori, atq; id temporis Decano, &c.

Mæcenatibus ſuis unicè obſeruandis

S.

AD TITVLVM DE TESTAMENTIS ORDI- nandis 10. lib. 2. inſtitu- tionum.

Ad pr. teſtamentum ex eo appellatur, &c.

INITIO HVIVS TIT. occurrit nobis definitio Nominis, ſeu etymologia teſtamenti, quæ eſt, quod teſtamentum ex eo appelletur, quòd ſit teſtatio mentis. Vbi quæſtio exiſtit, an teſtamentum rectè à mentis teſtatione deducatur? Nos textui Iuſtiniani innitentes exiſtimamus, rectè teſtamentum à mentis teſtatione denominari. Rationem à proprio etymologiârum illam reddimus: Quia in definitione alicuius vocabuli ſeu nominis Logica, quam pleriq; appellant etymologiam, illud potiſſimum agitur, ut intelligatur, quid definitum

Etymologia teſtamenti.

Quæſtio.

Deciſio.

Decidendi I. Ratio à proprio etymologiarum.

Propoſitio.

reſtituendis cautionem præſtet, *c.*
17. *Vaſallus.* *quanquam de uſur. in 6.* Deniq; vaſallus
non poteſt teſtari de feudo ſibi con-
ceſſo. Primò, quia de re aliena ne-
mo poteſt teſtari, *VVeſ. in parat. h. t. N.*
1. *Ratio.* *9. & ibi allegata.* Vaſallus verò non eſt
dominus feudi, itaq; habita ratione
dominij directi, feudum vaſallo eſt
2. *Ratio.* alienum. De illo igitur tanquam de
re aliena teſtari nequit. Deinde quia
vaſallus non poteſt feudum ſine cõ-
ſenſu domini alienare, *c. imperialem de
prob. feud. alien. per Frideric.* Teſtamen-
tum autem eſt quidam modus alie-
nandi, quia rerum multarum domi-
nium generatim atq; universè per
illud acquiritur, *ut ſup. ad rub. tit. de teſt.
ord. eſt oſtenſum.* Vaſallus ergò inſcien-
ente & invito domino de feu-
do teſtari nequit.

FINIS.

ERPHORDIAE
Eſaias Mechlerus excudebat.

Anno M. D. XCV.